



**De Iustitia Et Iure ceterisq[ue] Virtutibus Cardinalibus**

**Lessius, Leonardus**

**Antverpiæ, 1632**

14 Vtrum vota impuberum poſſint irritari, & à quibus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72459](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-72459)

caratorum ad regendam illorum voluntatem succedit; vt infra dubit. 15. dicetur. Possunt tamen vota illorum, cum irritari nequeant, a Praelato suspendi; quia subest iusta causa differendi executionem, cum satis grauentur exercitiis probationis, quod intellige quando executio voti est impedimento probationi; alias non possunt, vt docet Siluest. Votum, 4. qu. 7. ex Paludano. Vnde vota realia non possunt a Praelato suspendi: possent tamen huiusmodi vota commutari in onera Religionis a Praelato vel Confessario, & vt quibusdam videtur, etiam ab ipso Nouitio; quia est commutatio in id quod aperte melius est. Hoc tamen casu tenebitur ex voto ad ea opera, in qua commutatio facta fuerit.

Potest nihilominus Praelatus in votis Nouitiorum dispensare; quia in illos habet iuri dictioinem quasi episcopalem: non enim decet vt in difficultatibus, quae Nouitiis in probatione occurrint, audeatur Episcopus. ita Sancti lib. 9. disput. 39. Imo potest Praelatus dispensare cum Nouitio vt promoueat ad sacros Ordines, vt docet Siluest. v. Dispensatio, num. 20. Et Angelus eodem, num. 8. & aperte constat cap. Monachus, d. 77. Vnde colligit Sanctius, posse cum Nouitiis dispe-  
nſare in iis, in quibus cum professi. Imo potest cognoscere & iudicare eorum criminia etiam gra-  
tia, vt homicidia, adulteria tempore Novitiationis perpetrata, vt docet Azorius libro 12. cap. 2. q. 11. ex Nauarro. quia fatore Religionis exempti  
funt a ciuilibus magistratibus. Potest etiam Episcopus in votis Novitiorum dispensare, sicut ex votis seculiarium; quia nondum ab eius iurisdictione planè exempti.

Quando votum fuit dumtaxat suspensum, re-  
uiuit obligatio, si contingat illum egredi ante professionem. Si professionem fecerit, omnia ex dispositione Iuris commutantur in votum profes-  
sionis, vt infra num. 106. dicetur.

Ex dictis responderi potest ad dubium illud, Vtrum Summus Pontifex omnia vota laicorum irritare posset. Videtur posse, quia est omnium Superior, ac proinde eius auctoritas vbiique vide-  
tur excepta.

Sed haec sententia non est probabilis. Vnde con-  
traria tradit D. Thomas q. 88. ar. 2. ad 2. & Cai-  
tan. ibid. dub. 2. circa resp. ad 2. & alii passim. Pro-  
batur, Quia neque ratione materie omnia  
sunt illi subiecta; neque ratione subiectio personæ. Non ratione materie; quia non omnia  
negotia priuata & publica singulorum, nec omnia  
bona opera, sive præcepti sive consilij, ab ip-  
suis arbitrio pendent, sed ea tantum, qua totam  
Ecclesiam spectant. Vnde non potest impediire ne  
laicus ieiunet, ne peregrinetur, orer, humi cubet,  
eleemosynam largiatur, &c. Non ratione subie-  
ctionis personæ; quia non ita sunt illi subiecti vt  
habeat dominium in eorum voluntatem, possit  
que in omnibus illam regere, sicut Praelatus re-  
gularis regit voluntatem suorum subditorum.  
aliòquin laici non minùs essent subiecti Pontifici  
in regime vita, quam religiosi suis Praelatis:  
& pro suo arbitrio possent, etiam sine causa, vota  
Religionis & castitatis in irritum renouare. Itaque  
in votis illorum non inest illa tacita condicio,  
qua eius consensum recipiat. Idem dicendum de  
votis Clericorum seculiarium: nisi materia voti  
ab ipsis arbitrio & dispositione pendeat. Vt si

voueat quis resignare beneficium suum in fa-  
uorem Monasterij: si Episcopus voueat longam  
peregrinationem, aut ingredi Religionem, aut  
non egredi suam diœcesim.

## D V B I T A T I O X I V .

Vtrum vota impuberum possint  
irritari, & a quibus.

R E spondeo & Dico Primò; Vota omnia im-  
puberum, (id est marium usq; ad annum 14. <sup>Vota in-</sup>  
expletum, feminatum usque ad 12. expletum) in  
irritu renouari possunt a patre. Colligunt id DD. <sup>puberum.</sup>  
exc. 14. Mulier. 32. q. 2. & exc. 1. de Regularibus <sup>Pater &</sup>  
in 6. & cap. Ad nostram. 8. extra. eodem. est com-  
munis sententia. Idem dicendum de tutori, qui  
pupillo est loco patris. Mater tamen non potest,  
nisi mortuo patre sit loco tutoris; quia non ipsa,  
tutor habet patriam potestatem. Quidam pu-  
tant idem posse magistrum vel herum, si pupillus  
paréibus & tutores careat; quia est loco patris;  
quod videatur rationi consonum. Ratio cur Iura  
si statuerunt est, quia ante illud tempus non pra-  
sumuntur passim habere satis iudicij vt maturè de  
huiusmodi rebus statuere possint. itaque ne im-  
prudenter se votis inuoluani, voluit Ius omnia  
illorum vota esse subiecta potestati eorum, quibus  
subunt; per racitam conditionem, qua votis insit.

Potes Primò, An hæc vota post illud tempus ir-  
ritari ab iisdem possint: Sotus lib. 7. q. 3. ar. 2. putat <sup>An post</sup> <sup>tempus pu-</sup>  
non posse; quia iam non amplius illis ita subunt. tempus pu-  
sicut dominus votum serui emissum in seruitate, <sup>boratu.</sup>  
non potest irritum reddere post seruitutem; eo  
quod iam sit extra ipsius potestatem.

Sed contrarium est verius. Ita tenet Cajetanus <sup>Vota in-</sup>  
q. 189. ar. 5. & Nauar. cap. 12. num. 71. Lopez p. 1. posse in-  
c. 48. & alii. Ratio est, Quia illud votum ex inter-  
pretatione Iuris erat conditionatum; nempe si pa-  
rens vel tutor non contradixerit. quam condition-  
em per tractum temporis non amisit. supponimus enim, nullam circa ipsum votum mutatio-  
nem esse factam, neque illud in ætate pubere fini-  
se ratificatum. Itaq; cum conditio adhuc maneat,  
& firmitatem voti quasi suspensam teneat; si pa-  
rens nolit esse firmum, defineri obligatio.

Nec obstat quod filius habuerit intentionem  
seruandi, aut postea forte illud renouauerit; quia  
haec omnia ex errore prouenerunt, quo putauit  
votum suum ab initio firmum absolute fuisse; vnde  
non sufficiunt ad ratificandum. Vt enim quis <sup>Ratifica-</sup>  
censeatur aliquid ratificare, necesse est ut sciens sio.  
esse inuidium, vel esse validum; vel si nihil de ea  
re sciat, vt saltu intendat illud confirmare etiam  
eo eventu quo inuidium fuisse; vt recte docet  
Nauarrus ex Caeterano supra.

Ad rationem Sotii Respondeo, Esse disparem <sup>Adratio-</sup>  
rationem: nam dominus solùm potest irritare vo-  
tum serui, quatenus offici illius obsequiis; non  
quia iudicium illi non satis maturum, vnde quan-  
do non amplius potest officere, non potest irritare.  
Vota autem impuberum possunt irritari, quia ca-  
ætate emissæ, qua sèpè iudicij maturitate caret;  
qua qualitas temper manet in illis votis, nisi de  
novo confirmetur.

Potes Secundò, Quid dicendum de votis impu-  
berum, qua conferuntur in tempus pubertatis; vt ta in regis <sup>Vota co-</sup>  
fi voueant aliquid exequendum cum adoleuerint, <sup>puberis.</sup>  
Respon-

Respondeo, Hæc eodem modo irritari posse. Ita sentit Silu. Votum. 4. q. 2. & Religio 2. n. 15. ex Panormit. in cap. Scripturæ 4. de voto & voti redemp. Nauar. num. 67. Sotus lib. 7. quæst. 3. ar. 2. Ratio est, quia omnia vota impuerū habent tacitam conditionem ex dispositione Iuris, ob ætatis illius imprudentiam, quæ in omnibus illorum votis locum habet. Idem dicendum de votis Religionis, quæ referuntur ad tempus, quo non fuberunt Praelati; quia hæc vota in fauorem Religionis similem conditionem habent, ut ante dictum est, & tenent Auctores prædicti.

85  
Vota puerum.  
Dico Secundò, Vota puerum, (id est, quæ nuncupata sunt post annum 14. impletum in mare, & 12. in femina) non possunt à parentibus irritari reddi, nisi quatenus disciplinae familiae, & patris potestati oblinunt. Horum enim vota solum sublunt parentibus ratione materiae, non ratione dominij in voluntatem. Itaque votum Religionis, castitatis, facrorum Ordinum, certarum precium, confessionis, communionis, & similia, irritari non possunt. Secùs de votis ieiuniorum, præseru-  
tum multorum, peregrinationum, & similibus; quia hæc ad gubernationem domesticam perti-  
nent. Realia quoque irritari possunt (nisi forte ha-  
beant bona castræ vel quasi castræ) non solùm à parente, sed etiam à curatore vñque ad  
vigesimali quintum ætatis, quia ante illud tem-  
pus non habent administrationem. Ita Siluest. Votum. 4. q. 2. Nauar. num. 64. Lopez c. 47. & alij.  
fecùs tamen est de votis realibus relatis in tem-  
pus, quo erunt sui iuris: quia non officiunt admini-  
strationi curatorum.

Dico Tertiò, Vota seruorum seu mancipiorum irritari possunt à domino, quatenus eius obsequio possunt esse impedimento, vt votum peregrinandi, recitandi horas canonicas. Si ante terminu-  
tem, cùm essent sui iuris, emissa sint, non possunt irritari propriè, sed suspendi. Si non impediunt, non possunt; vt votum castitatis, votum se non in-  
ebriandi, signandi se cruce, commendandi se  
Deo, &c & omnia illa, quæ referuntur ad tempus  
finitæ seruitutis.

86  
Vota ser-  
uorum.  
Votū serui  
completū  
tempus li-  
beratīs &  
seruitutis.  
Petes, Quid si ad utrumque tempus referatur?  
vt si seruus vœuat toto tempore vita recitare officium diuinum. Siluest. Votum. 4. qu. 2. §. Quin-  
tum, putat tale votum posse simpliciter à domino irritum reddi, sicut professio viri inuita vxore facta, est ita irrita, vt ne post mortem quidem il-  
lius teneatur ad Religionem redire; vt parer cap.  
Quidam, de conueri. coniugat. & cap. Placer nobis, eodem.

Sed verius est, non posse irritari nisi pro tempore, quo domino erit subiectus; quia solùm illo tempore potest domino obesse; nihil autem ad dominum pertinet, quid postea acturus sit.

Ad argumentum Siluestri Respondeo, Qui profitetur inuita vxore, non obligatur post mortem ingredi: quia id nullo modo promisit aut intendit; non enim mens ipsius erat, vt si nunc impediatur, teneretur ingredi vxore mortua, iam se-  
nex factus. Neque dici potest, cum teneri ratione professionis; quia hæc Iure fuit inutila, vxore volente consentire: nemo enim potest donare quod est alterius. Vnde etiam non tenetur ad pauperitatem & obedientiam Praelati; quia hæc non habent locum nisi in Religione; nec alia ratione intendit se ad illa obstringere. Ad castitatem ta-

men tenetur ex interpretatione Iuris, quia hanc vœuere poterat inuita vxore. Vnde Ius præsumit illum voluisse hanc absolute vœuere. itaque non potest petere debitum: & post mortem vxoris non potest alias ducere. Secùs tamen in conscientia, si non fuit animus se obstringere ad castitatem nisi in statu religioso. quia promissio non obligat ultra intentionem promittentis. Tenetur tamen perent reddere; quia contrarium promitte re non poterat sine ipsis consensu, at iste, de quo agimus, directè vœuet facere perpetuo, id est, in seruitute & post. vnde post tenebitur voto; quia nemini obest: sicut ille post mortem vxoris tenetur seruara continentiam.

## D V B I T A T I O X V .

Utrum coniunx possit omnia vota  
coniungis irrita reddere.

87  
N otandum est, vota coniugum, de quibus hæc agitur, posse esse emissæ vel ante coniugium initium, vel post coniugium ante consummationem, vel matrimonio iam consummato. Rursus, vel eo tempore quo coniunx iam est sui juris; vt quando alter commisit adulterium, aut damnatus est hæresos, vel quando coniugi est obnoxius. Denique vel ita sunt emissæ, vt sint exequenda constante matrimonio, vel collata sunt intemps, quo vœvens erit sui juris.

His positis, multi DD. sentiunt maritum posse Maritum irritare omnia vota vxoris constantie matrimonio posse omnia emissæ, & implenda; sicut Praelatus potest irritare omnia vota Religionis, & parens omnia vota puellæ impuerum. Ita exprestè videtur tenere D. Thomas qu. 88. artic. 8. ad 3. Nullum, inquit, votum Religionis est firmum, nisi sit de consensu Praelati; sicut nec votum puellæ existentis in domo, nisi sit de consensu patris; nec vxoris, nisi sit de consensu viri. Idem docent Panormit. in cap. Chatifimus. 11. num. 5. de conueri. coniugat. Sotus lib. 7. de In-  
stituta qu. 3. art. 1. Abulensis in cap. 30. Numerorum, qu. 80. Lopez p. 1. cap. 47. dicunt esse satistu-  
tam. Eamdem vt probabiliorem tenet Sancius li-  
bro 9. disput. 39. & citat pro ea multis recentiores viros doctissimos. Probatur Primo, Quia vir est caput vxoris in omnibus præterquam in actu coniugali. ad Ephes. 5. *Mulieres viris suis subdi-  
ta sim, sicut Dominu;* quoniam vir est caput mulie-  
ris, sicut Christus caput est Ecclesia. sicut Ecclesia  
subiecta est Christo, ita & mulier viris suis in om-  
bus. Secundo, probari potest ex D. Augustino q. 59. super Numeros, & Scriptura ipsa c. 30. Nu-  
merorum. Nam eodem modo loquitur de voto  
vxoris, & puellæ quæ est in domo parentum; &  
vult neutram vlo. voto teneri, si illi cui sublunt contradixerit. Tertiò, Quia consentaneum erat,  
Deum ita constitutæ ob levitatem, inconstan-  
tiæ, & imprudentiam sexus maliebris, qui se fa-  
cile votis implicat.

Hæc sententia est satis probabilis, & ex ea sequi-  
tur Primo, maritum etiam irritare posse votum 88  
eötinentia vxoris suo consensu factum. excipe ta-  
biles.

men nisi ipse exprestè cesserit iure petendi; aut nisi in voto  
mutuo consenti & ex pacto utrumque sit emis-  
sum, vt infra dicetur. Confirmari potest ex loco  
illo Num. 30. Nec obstat, quod ibi agatur de votis  
abstinentia; quia votum continentia est votum